concluſionem in cauſa: (c) & etiam poſtquam renuntiatum fuerit à partibus termino probatorio ex parte rei, probationes admitti poterunt. (d)

6. Quinimo, ex parte rei teſtes, & probationes admittuntur ad probandam ſuam innocentiam, & defenſionem, etiam poſt ſententiam diffinitivam adverſus eum latam, quando per evidentiam facti de ejus innocentia conſtare poſſet, probando negativam, & oſtendendo, delictum non fuiſſe commiſſum, ut puta, probando hominem vivere, quem ſe interfeciſſe dicebatur, vel quid ſimile, juxta text. ſic intelligendum in leg. 1. §. *Si quis ultro*, ff. de *Quæſt.* (e) & ita illum textum intelligit Ant. Gomez, (f) qui ſatisfacit textui in leg. 4. ff. de *Confeſſ.* qui prædicto intellectui refragari videbatur. 7. Et idem reſolvit, quod licet de *Jure Communi* per textum in dict. §. *Si quis ultro*, quando manifeſtè conſtat de innocentia rei poſt ſententiam diffinitivam Judex non poſſit revocare prædictam ſuam ſententiam, ſed in executione ejus debet ſuperſedere, & Principi reſcribere; tamen, attento *Jure Regio*, per text. in leg. 4. tit. 3. Part. 7. Judex bene poterit in tali caſu ſuam ſententiam revocare, inconſulto Principe, & idem firmat Gregor. Lupus. (g)

EX §. UNDECIMO.

SUMMARIA.

1 T*Eſtium publicatione facta, libellus diſputationis, ſeu* de bien probado *porrigendus eſt.*

2 *Libellus* de bien probado, *quomodo concipiendus.*

3 *Si accuſator inſpiciat ſuam intentionem plenè probatam, concludat in libello, reum diffinitive condemnandum; ſi vero ſemiplenè, ad torturam.*

§. UNDECIMUS.

DE DISPUTATIONE, ET ALLEGATIONE utriuſque partis.

1. FActa prædicta publicatione teſtium, utraque pars diligenter inſpicere debet proceſſum, & tunc libellus diſputationis, qui vulgo dicitur *Eſcrito de bien probado*, porrigendus erit, & in eo repulſæ erunt objiciendæ adverſus perſonas, & dicta teſtium: circa quæ omnia erunt obſervanda, quæ reſolvimus in 1. part. hujus 1. tom. in 9. Tempore: 2. qui libellus concipiendus erit forma, de qua ibi diximus, *mutatis mutandis.*

3. Et eſt advertendum, quod accuſator inſpicere debet, an ſua intentio ſit plene probata: quo caſu in tali libello concludere debet, *quod reus definitivè condemnetur ad pœnam delicti*; at vero ſi accuſator inſpexerit ſuam intentionem, non eſſe plene probatam, tunc in illo libello concludere debet, *quod reus ad torturam condemnetur.*

EX §. DUODECIMO.

SUMMARIA.

1 P*Ublicatis atteſtationibus, ſi ſemiplene conſtet de delicto, peti debet reus condemnari ad torturam, quæ ante publicationem teſtium adhiberi non debet.*

2 *Ante publicationem teſtium non poteſt conſtare de meritis cauſæ.*

3 *Forma concludendi, quod reus condemnetur ad torturam Hiſpano ſermone concepta.*

4 *Quare apponatur clauſula:* Y caſo no confeſſado, que no haya para ello baſtante probanza.

5 *Torturæ locus non eſt, delicto legitimè probato.*

6 *Semiplenè delicto probato, vel aliquo indicio habito, torturæ locus eſt.*

7 *Tortura inventa in ſubſidium probationum.*

8 *Si, legitimè probato crimine, reus torqueatur, Judex tenetur in ſyndicatu ad damna, & intereſſe.*

9 *Rejicitur opinio Baldi aſſerentis, reum torqueri poſſe, etiam legitimè convictum ad effectum, ut confiteatur delictum: & appellationi locus non ſit, quia convictus, & confeſſus non auditur appellans.*

10 *Reum, qui legitimè convictus torturæ adhuc traditur, & neget, puniendum, & legitimas probationes non elidi, verius reſolvitur. Et unde orta praxis, quod in ſententia torturæ poteſt etiam Judex legitimas probationes contra reum in ſuo robore remanere velle.*

Clau-

(c) Juxta text. in leg. *Unius*, §. *Cogniturum*, verſ. *Quamvis*, & ibi gloſſ. ordin. Bart. & alii communiter, Felin. in cap. *Cum clamor*, col. 3. de *Teſtib.*

(d) Secundum gloſſ. ſingularem in leg. *Pactum inter hæredem*, ff. de *Pactis* in gloſſ. fin. recepta communiter ex Bald. Paul. & Jaſſ. ibi, & Anton. Gom. ubi ſupr. & Rojas in ſing. 40.

(e) Ubi hanc opinionem tenet Bart. & communiter DD. & Salic. in leg. 2. Cod. de *Requir. reis*, n. 2.

(f) In dict. cap. 13. n. 33. propè finem.

(g) In dict. leg. 4. in verb. *Debelo quitar.*

11 *Clauſula*: Vmd. mande poner, y ponga, *quare appoſita.*

12 *Reum abſque petitione partis torqueri poſſe, verius reſolvitur.*

13 *Clauſula*: Reiterandoſela tantas veces, &c. *quare appoſita.*

14 *Si reus non fuerit ſufficienter tortus, iterum torquendus.*

15 *Etiam reus ſufficienter tortus torquendus eſt, ſi primæ torturæ indicia urgentiſſima ſint, ſecundum veriorem contra magis communem opinionem.*

16 *Tortura repetenda propter nova indicia.*

17 *Tortura iteratur, ſi in ratificatione ſuæ confeſſionis reus neget.*

18 *Torturæ etiam tertiò ſubdi poterit, qui in prima ratificatione negans, & ſecundò tortus etiam negaverit.*

19 *Tortura quarta non eſt adhibenda, etiam ſi reus in tertia confeſſus, in ratificatione negaverit.*

20 *Ultra tertiam torturam non eſt procedendum, nec ultra ſecundam, ſecundum Simancam.*

21 *Tortura bis iterari poteſt poſt primam de Jure Regio in criminibus proditionis, falſæ monetæ, furti, & rapinæ; in aliis ſemel tantùm.*

22 *Si reus in tortura negaverit, vel non perſeveraverit in confeſſione, diffinitivè abſolvendus eſt, vel ratione indiciorum extraordinariè puniendus.*

23 *Clauſula*: Haſta que lo confieſſe, y en èl ſe ratifique, *quare poſita.*

24 *Confeſſio facta in tortura non ſufficit, niſi poſt eam ratificetur, & duret.*

25 *Torturam legitima indicia præcedere, & perſeverantia confeſſionis ſubſequi debent.*

26 *Perſeverantia poſt torturam opus eſſe, quamvis ante eam extra judicium reus crimen confeſſus ſit, verius eſt.*

27 *Ratificatio confeſſionis in tortura facta, poſt vigintiquatuor horas fieri debet.*

28 *Inquiſitores ratificationem uſque in tertium diem differunt, & benignius apparet.*

20 *Si dolor tormentorum duret, ratificatio eorum metu facta præſumeretur.*

30 *Porrecti libelli petitionis torturæ copia reo exhibenda eſt, ut intra certum tempus eidem reſpondeat.*

31 *Libellus allegationis ex parte rei ſermone Hiſpano conceptus.*

32 *Clauſula*: Atenta la calidad de la cauſa, *quare appoſita.*

33 *Reum non torquendum, niſi in gravi, & attroci cauſa.*

34 *Cauſæ graves, & attroces quæ dicantur, remiſſivè.*

35 *Clauſula*: Hay indicio baſtante para ello, &c. *quare appoſita.*

36 *Reum non torquendum abſque ſufficientibus indiciis.*

37 *Indicia legitima, & ſufficientia quæ dicantur, remiſſivè.*

38 *Clauſula*: Ni que ſuficientemente eſtè probado, *quare poſita.*

39 *Indicia probanda legitimè per unum teſtem deponentem per actum viſus de ipſo facto, & delicto.*

40 *Teſtis probans indicia, omni exceptione major debet eſſe.*

41 *Teſtis deponens de indicio remoto, non ſufficit unus, ſed duobus opus eſt, qui omni exceptione majores ſint.*

42 *Clauſula*: Por ſer, como ſoy, Hijo-Dalgo, &c. *quare apponatur.*

43 *Quilibet torqueri poteſt, qui non reperitur prohibitus.*

44 *Nobilis torqueri non poteſt.*

45 *Impubes torqueri non poteſt.*

46 *Senex decrepitus non poteſt torqueri.*

47 *Miles, & Doctor torqueri nequeunt, nec Decurio.*

48 *Mulier prægnans, & aliæ plures perſonæ torqueri non poſſunt.*

49 *Clericum, contra quem infamia, & indicia inſurgunt, torquendum eſſe, communis opinio obſervat, quam in praxi non ſervari, Jul. Clar. aſſerit: & ſufficere ſola indicia, tenet cum aliis, quos refert Auctor.*

50 *Qui in crimine læſæ Majeſtatis torqueri poſſunt, & in crimine hæreſis torqueri poterunt: ideo minores vigintiquinque annis propter ſuſpicionem hæreſis torquentur, & minores quatuordecim annis terreri poſſunt.*

51 *Perſonæ privilegiatæ ne torqueantur, terreri poſſunt.*

52 *Clauſula*: Para la determinacion, &c. *quæ apponitur in fine libelli, quare apponatur.*

53 *Judex recuſatus in criminalibus in foro ſæculari de Jure Regio aſſociatur duobus Decurionibus habentibus Aſſeſſorem, qui per Conſiſtorium nominantur, qui omnes ſimul procedunt in cauſa, uſque ad ſententiam incluſivè.*

54 *Si Judex recuſatus in cauſa criminali diſſentit ab Aſſeſſore Decurionum, qui ſibi aſſociantur, requirunt eum ipſi, ut ſe componat, aliàs proferant ſententiam cum ſuo Aſſeſſore, & aditur Superior.*

55 *Votum Decurionum, qui in criminalibus recuſato Judici junguntur, non prævalet ejus voto, quia votum ejus ſolius reputatur pro uno, & votum eorum pro uno alio dumtaxat.*

56 *Si votum alicujus ex Decurionibus, qui recuſato Judici in criminalibus ſociantur, con-*

cordat cum voto Judicis, ejus ſententia prævalebit.

57 Si in loco recuſati Judicis in criminalibus non ſint Decuriones, tunc Judex aſſumit quatuor viros providos, inter quos ſorte dirimitur, qui duo eorum in cauſa procedant cum Judice recuſato.

58 Porrectis libellis allegationis ab utraque parte, ſi repulſas contra teſtes legitimas eſſe Judex repererit, partes ad probationem recipiet.

59 Judex plura obſervare debet, priuſquam ad torturam deveniat, & quæ, remiſſivè.

60 Judex ad torturam devenire volens Deum ante oculos habeat, & neminem torqueat, priuſquam id jura fieri permittant.

61 Qui torſerit extra caſum à Jure expreſſum propter imperitiam, tenetur læſo reo utroque in foro pro modo damni, & culpæ ſatisfacere.

62 Judex, qui dolo malo hominem torſerit, arbitrio Judicis ſeverius puniendus.

63 Judex, qui dolo malo hominem torſerit, qui moriatur, vel membrum amittat, ſimilem pœnam de Jure Regio patietur, vel majorem, attenta qualitate ejus, & torti.

64 Si tortus dolo malo, nec vitam, nec membrum amittat, arbitraria pœna Judex puniendus erit.

65 Judex, quibuſdam attentis, adhibere debet torturam; ita ut tortus illæſus à morte, & membri alicujus amiſsione remaneat.

66 Judices cavere debent ab exquiſitis tormentorum ſpeciebus: illæ namque, & non uſitatæ imponendæ ſunt propter crimen læſæ Majeſtatis, homicidii, parricidii, & ſimilia attrocia crimina.

67 Propter attrociora crimina acerrima indagatio facienda.

68 Quæ tormenta in his Hiſpaniarum Regnis magis in uſu ſint, connumerantur.

69 Forma pronuntiandi ſententiam torturæ aquæ, & funium concepta Hiſpano ſermone.

70 Forma ſententiæ torturæ de garrucha.

71 Forma ſententiæ torturæ de ladrillo, y ſueño, Hiſpano modo.

72 Practica torquendi Italo modo, torturæ del ſueño, y tablillas.

73 Practica torturæ de tablillas.

74 Judices aliquando ſuis in ſententiis non explicant genus tormenti, nec ejus qualitatem, ſed ſimpliciter reum condemnant, modum ſibi reſervando.

75 Modus proferendi ſententiam torturæ, genere ejus non expreſſo, nec quantitate.

76 Peſquiſitores communiter utuntur forma ſententiæ torturæ, quæ non explicet modum, nec ejus quantitatem.

77 Ordinarii Judices primo, & ſecundo genere tormentorum, quæ ſuprà retulimus, magis frequenter utuntur.

78 Sententia torturæ lata, ſtatim reo majori intimanda, minori verò cum ejus curatore intimanda eſt.

79 Reus, qui in ſententiæ torturæ ſenſerit ſe gravatum, appellare poterit ab ea.

80 Appellationi interpoſitæ à ſententia torturæ deferendum: niſi fuerit manifeſtè frivola.

81 Sententiam torturæ non exequetur Judex, priuſquam à Judice Superiore confirmata fuerit, vel ab ea interpoſita appellatio frivola declaretur.

82 Si reus ſententiæ torturæ acquieverit, vel ea fuerit per Superiorem confirmata, vel tanquam frivola rejecta, Judex debet præcipere ducere reum ad locum deſtinatum coram ſe, Tabellione, & Tortore.

83 Judex caveat, ne tempore torturæ Procurator, Advocatus, vel alii adſint.

84 In aliis Regnis delinquentes publicè torquentur, in hiſce Hiſpaniarum non, ſed ſecreto.

85 Tortura inchoanda ab eo, qui ex delinquentibus minor ſit ætate, vel à creato in delitiis.

86 Ab eo, qui parvæ ætatis eſt, & qui in delitiis vixit, citius veritatem eruendam per torturam.

87 A filio prius incipere debet tortura, quam ab ejus patre.

88 Tortura prius à fœmina, quam à maſculo incipienda.

89 Tortura inter pares à magis ſuſpecto ineunda.

90 Torquendus ex pluribus, ab eis ſeparandus, cujus dicta in ſcriptis redigenda ſunt eiſdem verbis, quibus protulit.

91 Judex benignè admoneat torquendum, ut veritatem confiteatur abſque tormentis ſibi paratis; alioquin proteſtetur Judex, ut hic, & omnia in ſcriptis redigi faciat.

92 Torquendus generaliter, & non ſpecialiter, & deſignativè eſt interrogandus.

93 Forma executionis ſententiæ torturæ ſermone Hiſpano concepta.

94 Forma ratificationis torturæ.

95 Convicto, aut confeſſo reo, proferre debet Judex condemnatoriam ſententiam, exprimendo pœnam, quam reus paſſurus eſt, ut praxis obſervat.

96 De jure ſufficit, quod Judex pronuntiet delictum commiſſum; quamvis ejus pœnam taceat: tunc enim ea impoſita cenſetur, quæ jure decreta eſt.

97 Judex pœnam ordinariam à Jure impoſitam ex cauſa temperare valet.

98 Judex in prolatione ſententiæ, quid præ oculis habere debet.

99 Judex pronior ad lenitatem, quam ad ſeveritatem eſſe debet.

100 Judex in dubiis abſolvat potius, quam reum condemnet.

101 Judex majorem honorem conſequitur ex abſolvendo, quam condemnando.

102 Judex in condemnando minorem pœnam eligat.

103 Verſus quidam, qui clementiam ſuadent.

104 Judici ſatius eſt in miſericordia peccare, quam in ſeveritate.

105 Judex doloſe condemnans, qua pœna puniendus.

106 De Jure Regio Judex doloſe condemnans, puniendus eadem pœna, qua delinquentem punivit.

107 Judex, qui ignorantia, vel iratus condemnaverit reum, & modum exceſſerit, pœna arbitraria puniendus.

108 Forma ſententiæ diffinitivæ condemnatoriæ in criminalibus.

109 Judex imponere poteſt pœnam exilii, quam ſi delinquens non obſervaverit, tempus, quod ſupererit, duplicandum erit.

110 Judex, qui pœnam exilii ad decennium impoſuit, ſi reus eam non obſervaverit, exilium perpetuabit.

111 Si reo impoſita fuerit perpetua pœna exilii, quam non ſervaverit, mortis pœna puniendus erit.

112 Judex, qui reum condemnavit in pœna exilii ad tempus, cenſetur eum ad decennium condemnaſſe; ſi vero eum condemnavit, nulla temporis mentione facta, ut condemno in pœna exilii, cenſetur reus exul factus perpetuo.

113 Exilium debet eſſe continuum, & non interpolatum.

114 Materia exilii, ubi videnda.

115 Clauſula poſita in ſententia condemnatoria, videlicet, pague dentro de nueve dias, quare poſita.

116 Condemnatus in pecunia in civilibus habet quatuor menſes, ut ſolvat; in criminalibus autem terminus arbitrio Judicis relinquitur.

117 Terminus, quo quis debet in criminalibus pecuniariam pœnam ſolvere, de conſuetudine decem dierum eſt.

118 Reus condemnatus ad pecuniam, ſi inopia laboret, & eam non valeat ſolvere, in corpore eam luat.

119 Reus, qui pecuniam, in qua condemnatus eſt ſolvere non valet, nec ceſsionem bonorum facere poterit, ſive pœna fuerit impoſita pro vindicta delicti, ſive pro ſatisfactione damni illati.

120 Hodie de Jure Regio damnatus ad pecuniam pro vera damni æſtimatione, qua ſolvere non poteſt, poterit uti beneficio ceſsionis bonorum, ſecus, ſi illa pecunia ſolvenda ſit pro vindicta publica delicti: quia tunc corpore luet condemnatus.

121 Commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem fieri non debet, ſi pars, cui illa venit applicanda, in parte, vel in totum non conſentiat.

122 Pecuniaria pœna non commutatur in corporalem, privato accuſatore, cui venit applicanda, non conſentiente; ſecus, ſi Fiſco applicetur, quo renitente commutatio fit.

123 Commutatio pœnæ pecuniariæ fit, etiam ſi reus in uno dumtaxat nummo contumaciter deficiat à ſolutione.

124 Commutatio pecuniariæ pœnæ in corporalem non facienda, quando reus eſſet ſolvendo, & malet corporalem ſubire pœnam.

125 Forma ſententiæ diffinitivæ, ubi imponitur pœna mortis, concepta ſermone Hiſpano.

126 Sententiæ condemnatoriæ ſtatim reis intimandæ per Tabellionem, & etiam executioni mandandæ.

127 Sententiæ condemnatoriæ delinquentium, ita demum mandandæ executioni, ſi in rem judicatam tranſiverint, idque de jure; de conſuetudine tamen ſtatim executio earum facienda, quacumque appellatione non obſtante.

128 Conſuetudinem, propter quam in criminalibus ſententiæ ſtatim, non obſtante appellatione, exequentur, intelligit Jul. Clarus in caſibus, in quibus non licet appellare; ſecus, ubi appellationi deferre debet Judex.

129 Sententiæ condemnatoriæ exequendæ, præterquam in caſibus, in quibus executio earum impediri, ſuſpendive poteſt: qui duodecim ſunt.

130 Executio ſententiæ condemnatoriæ facienda in caſibus, in quibus appellationi locus non eſt: qui plures ſunt, ut hic, remiſſivè.

131 Admonitio Auctoris, ut Judices proclives, & faciles ſint, ad reorum appellationes admittendas.

132 Reus criminis juſte appellans, interim non ſolvendus, ſed remittendus ad Superiorem cum cuſtodibus, ſuis expenſis.

133 Executio ſententiæ corporalis publice de die, & non de nocte facienda, & in loco ad id deputato.

134 Propter criminum gravitatem ſolet ex-

executio condemnatoriæ ſententiæ eorum fieri in locis, ubi commiſſa fuerunt.

§. DUODECIMUS.

DE TORTURA REORUM.

1. SI accuſator poſt publicationem teſtium factam inſpexerit ſuam intentionem, & accuſationem non eſſe plene probatam, tunc in concluſione libelli allegationis, vel ſegregatim petere debebit, reum condemnandum eſſe ad torturam, quæ poſt publicationem teſtium adhiberi debet: 2. nam antea liquere, & conſtare non poteſt de meritis cauſæ: (a) quæ petitio torturæ facienda erit forma ſequenti. Poſtquam enim accuſator in ſuo libello allegationis dixerit, ſuam intentionem bene probatam, & intentionem rei male probatam eſſe, objeceritque repulſas contra perſonas, & dicta teſtium rei in prædicto libello, debet concludere hac forma.

3. ¶ „Por ende à Vmd. pido condemne
„al dicho adverſo difinitivamente à la pena
„ordinaria del dicho delicto, y à lo demàs
„que pedido tengo: y caſo no confeſſado,
„que no haya para ello baſtante probanza,
„Vmd. mande poner, y ponga al dicho ad-
„verſo à rigurosa queſtion de tormento, rei-
„terandoſela tantas veces, haſta que confieſ-
„ſe el dicho delicto, y ſe ratifique en ſu con-
„feſsion, y le hagan las preguntas conforme
„al interrogatorio por mi preſentado, y las
„demas, que Vmd. viere ſer neceſſarias, y para
„ello el oficio de Vmd. imploro, y pido juſ-
„ticia. Y ſi aſsi Vmd. lo hiciere, harà juſti-
„cia, y lo que debe; en otra manera lo con-
„trario haciendo, contra Vmd. y ſus bienes,
„y fiadores proteſto, lo que en tal caſo pro-
„teſtar me conviene, y pidolo por Teſti-
„monio.

EXPOSITIO HUJUS PETITIONIS *torturæ.*

4. Diximus: *Y caſo no confeſſado, que no haya para ello baſtante probanza, &c.* 5. Iſta clauſula fuit appoſita ad denotandum, quod tortura adhiberi non poteſt, quando delictum legitimis probationibus plene probatum eſt, 6. ſed ſolummodò, quando ſemiplene eſt probatum, vel quando aliquod indicium probatum eſt: quo caſu proprie tortura locum habet, (b) 7. quia tortura inventa fuit in ſubſidium, & defectum probationum pro veritate eruenda; 8. alioquin, ſi ſtantibus legitimis probationibus, reus torqueretur, Judex teneretur ei in ſyndicatu ad damna, & intereſſe; (c) 9. quamvis Baldus (d) teneat, legitime convictum torqueri poſſe, ad hoc ut delictum confiteatur, & non ſit locus appellationi, juxta regulam juris, quæ habet, quod *convictus ſimul, & confeſſus non auditur appellans:* (e) quam tamen opinionem falſam eſſe teſtantur Angelus, & Joan. Igneus, (f) quorum opinionem contra Baldum fatetur communem eſſe, eam ſequutus Covarruvias, (g) quia non eſt locus tormento, ubi de crimine legitimis probationibus conſtat, ut communis opinio firmat, ſecundum Covarruviam, ubi ſuprà, qui reſolvit, duobus caſibus convictum torqueri poſſe. (h)

10. Quinimo, ſi ſtantibus legitimis probationibus reus torqueretur, & in tortura delictum negaret, ex tali negatione enervarentur, & eliderentur legitimæ probationes adverſus eum receptæ: (i) quam opinionem teſtatur communem Thomas de Ferrara. (j) Ob idque orta fuit *praxis*, quod Judex in ſententia torturæ proteſtatur, *quòd legitimè probationes contentæ in proceſſu adverſus reum in ſua firmitate remaneant.* Sed licet prædicta opinio communis ſit, contraria tamen verior eſt, imò quod etſi, ſtantibus legitimis probationibus, reus torqueatur, negetque delictum, nec Judex proteſtetur, quod legitimæ probationes in ſuo robore remaneant, adhuc tamen legitimæ probationes non eliduntur, nec enervantur, ut contra prædictam communem opinionem reſolvunt Ant. Gomez, (k) & Covarruvias. (l)

11. Diximus: *Vmd. mande poner, y ponga,*

(a) Secundum Bartol. in leg. *Unius*, §. *Reus*, ff. de *Quæſt.* n. 1. Bald. in leg. *Milites*, Cod. de *Quæſt.* Salic. in l. fin. Cod. eod. tit. & Anton. Gomez in 3. tom. Variar. cap. 13. num. 19.

(b) Juxta text. in leg. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de *Quæſt.*

(c) Ut probat text. in leg. 1. in fin. & leg. *Edictum*, verſ. 1. & in leg. *Divus Pius*, ff. de *Quæſt.* & in leg. *Quoties*, & in leg. fin. Cod. de *Quæſt.* & in leg. 1. tit. 30. Part. 7.

(d) In leg. *Obſervare*, n. 9. Cod. *Quor. appell. non recip.*

(e) Ut probatur in leg. 2. Cod. *Quor. appell. non recip.* & opinionem Bald. ipſe Bald. teneat in leg. 1. n. 9. Cod. de *Juram. calumn.* & Thom. Grammat. not. 1. col. 1.

(f) In leg. *Et ſi percuſſor*, ff. *Ad Sillan.* & Auguſt. in Addit. ad Ang. in Tract. de Malefic. in verb. *Fama publica.*

(g) In Pract. Quæſt. cap. 23. n. 5.

(h) Sequitur etiam Jul. Clar. in Praxi Crimin. §. fin. quæſt. 64. n. 4.

(i) Secundum Hyppol. in dict. leg. *Edictum*, n. 2. & in ſua Pract. Crim. §. Nunc videndum, n. 26.

(j) In caut. 5. col. 3. Jul. Clarus, ubi ſupr. num. 7. & num. 43.

(k) In 3. tom. cap. 13. n. 20.

(l) In Practic. Quæſt. cap. 23. num. 5. Avend. in ſuo Dictionar. verb. *Tormento*, verſ. Undecimo, & Villalob. in Antinom. juris, litter. T. n. 12.

ga, &c. Iſta clauſula fuit appoſita ad denotandum, quòd reus torqueri non poteſt, niſi ad petitionem partis. (m) 12. In hoc tamen contrarium verius eſt, imò, quòd abſque petitione partis Judex *ex officio* poſsit reum ſubjicere torturæ, & ad hoc præciſſe tenetur, ut reſolvit Anton. Gomez. (n)

13. Diximus: *Reiterandoſela tantas veces, &c.* Iſta clauſula fuit appoſita ad denotandum, 14. quod ſi reus non fuerit ſufficienter tortus in prima tortura, & delictum in ea negaverit, iterum torqueri poterit; (o) 15. imò, etiamſi reus ſufficienter tortus fuiſſet, poſſet iterum torqueri, ſi indicia, ex quibus fuit prima vice tortus, eſſent urgentiſsima, & graviſsima, ſecundum Bartolum. (p)

Similiter, ſi poſt primam torturam nova indicia ſupervenerint, reus poterit iterum torqueri. (q) 17. Pari modo, ſi reus in tortura confeſſus fuerit delictum, & poſtmodum ductus ad ratificandum neget delictum, dicens, ſe confeſſum fuiſſe propter dolorem torturæ, poterit iterum torqueri, ſecundum Bartolum; (r) 18. quinimo dicendum eſt, quod quando reus in prima tortura delictum confiteretur, & poſtea in ratificatione negaret, & idem faceret in ſecunda tortura, poterit tertio torqueri: 19. tamen ſi in tertia tortura delictum confiteretur, & in ratificatione negaret, non poterit quarto tortura repeti: 20. nam ultra tertiam vicem pro uno delicto non poteſt quis torqueri, ſecundum Angelum, (ſ) Ciſuentem, (t) & Boſium, (u) qui aſſerit, quod ſic *in practica* ſervatur, nec ultra trinam vicem reus torquetur, niſi à carnificibus. Simancas verò (x) teſtatur, reum bis tantum pro uno delicto torquendum eſſe: nec ſibi placere opinionem aſſerentium, ter torqueri poſſe, quia nec lege aliqua, nec probabili ratione opinio eorum fulcitur; quinimo firmat, quod reus bis tortus, & bis confeſſus, & bis revocans confeſsionem, non erit tertio torquendus, etſi multi DD. oppoſitum teneant, quorum opinionem dicit recipiendam eſſe, cum reus bis fuerit leviſsimè tortus, & in poſteriori illa confeſsione aliqua nova ſigna confeſsioni addiderit.

21. Sed ultra prædictos DD. adverte, quòd de *Jure Regio* in criminibus proditionis, falſæ monetæ, furti, & rapinæ ultra primam torturam reus poterit bis torqueri; tamen in aliis delictis tortura ſemel debet repeti, juxta text. in leg. 4. tit. 30. Part. 7. 22. & in his caſibus quando reus negavit delictum in tortura, vel non perſeveravit in confeſsione tempore ratificationis, abſolvendus eſt definitivè, vel ſaltim ratione indiciorum, vel præſumptionum condemnandus eſt aliqua pœna arbitraria, ſecundum Bartolum. (y)

23. Diximus: *Haſta que lo confieſſe, y en èl ſe ratifique, &c.* Iſta clauſula appoſita fuit ad denotandum, 24. quod non ſufficit confeſsio facta in tortura, niſi ſequatur perſeverantia, & ratificatio ejus poſt torturam; (z) 25. quinimo requiritur, quòd indicia legitima præcedant torturam, & perſeverantia confeſsionis ſubſequatur eadem, (a) 26. quæ reſolutio vera eſt, niſi reus extra judicium prius fuiſſet confeſſus delictum, & poſtea in tortura iterum illud confiteretur: nam tunc non eſſet neceſſaria perſeverantia, & ratifica-tio

(m) Juxta text. junct. gloſſ. in leg. *Quamvis* I. verb. *Quæſtionibus*, Cod. *Ad leg. Juliam*, de *Adult.* & in leg. *Quicumque*, junct. gloſſ. verb. *Oportet*, Cod. de *Serv. fugit.* & in leg. fin. ff. de *Calumniator.* & ita expreſsè cum Bald. reſolvit Paris de Puteo in Tract. Syndicat. in part. official. n. 6. & Hyppolit. in leg. 1. ff. de *Quæſt.* col. 3. verſ. Requiritur, & quinto, & in ſua Practic. Crimin. §. Nunc videndum, n. 27. & Ciſuent. in leg. 79. Taur. col. fin. Simanc. de Cathol. Inſtitut. tit. 65. n. 18. & 19.

(n) In dict. cap. 13. n. 22. quamvis Ciſuent. ubi ſupr. col. fin. contrarium teneat.

(o) Ut probat text. in leg. *Repeti*, ff. de *Quæſt.* & ita cum Bald. & aliis reſolvit Hyppol. in Pract. Crimin. §. Quoniam, num. 2. & Gregor. Lupus in leg. 4. tit. 30. Part. 7. verb. *Otra vez.*

(p) In leg. *Unius*, verſ. 1. ff. de *Quæſt.* Salic. in leg. 2. Cod. de *Cuſtod. reor.* & Gregor. Lup. in dict. leg. 4. verb. *E ſi por aventura negaſſe.* Et iſta eſt verior opinio, ſecundum Anton. Gomez. in dict. cap. 13. n. 26. quamvis contrariam opinionem magis communem eſſe dicat.

(q) Juxta text. in dict. leg. *Unius*, verſ. 1. Bartol. Salic. Ant. Gom. & Greg. Lupus, ubi ſupr. & reſolvit Menoch. lib. 2. de Arbitr. cent. 3. caſ. 272.

(r) In dict. leg. *Unius*, verſ. 1. & Bald. in leg. *In bonæ fidei*, Cod. de *Reb. cred.* col. 2. in fin. Hyppol. in leg. *Repeti*, n. 11. ff. de *Quæſt.* & probatur in dict. leg. 4. tit. 30. Part. 7.

(ſ) In leg. fin. Cod. de *Quæſt.* & Alex. in Addit. ad Bartol. in leg. 1. §. *Divus Severus*, verſ. Quæro utrum ſemel, ff. de *Quæſt.* Hyppol. in Pract. Crim. §. Quoniam, n. 4. verſ. Sed ſucceſsivè.

(t) In leg. 79. Tauri, verſ. Item quibus vicibus.

(u) In Pract. Crim. tit. de Tortur. n. 43.

(x) De Cathol. Inſtit. tit. 65. n. 76.

(y) In leg. fin. n. 1. ff. de *Quæſt.* & conſentit Ciſuent. in dict. leg. 79. Taur. verſ. Sed ſi non perſeveraverit, & Anton. Gom. in dict. cap. 18. n. 28.

(z) Ut probat text. in leg. 1. §. *Divus Severus*, & ibi gloſſ. Bart. Hyppol. & alii, ff. de *Quæſt.* text. in leg. 2. Cod. de *Cuſtod. reor.* & ibi gloſſ. & omnes, & in cap. 1. 15. quæſt. 6. & in leg. 7. tit. 29. Part. 7. reſolvit Ciſuent. in leg. 79. Taur. verſ. Sed ſi non perſeveraverit, & Boſſius in Pract. Crim. tit. de Confeſ. per torturam, n. 1. & Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 65. n. 67.

(a) Ut latè reſolvit Jaſſ. in leg. *Qui in aliena*, §. *Celſus*, col. 5. ff. de *Adquir. hæred.* & Dec. in cap. *At ſi Clerici* in princ. n. 3. verſ. Octavo limitatur, de *Judic.*

tio poſt torturam, ſecundum Gloſſam: (*b*) prædicta tamen opinio optimis fundamentis refutatur ab Ant. Gomez: (*c*) diſplicet etiam Ægid. Boſio (*d*) aſſerenti *in practica* non obſervari: & prædictam opinionem Gloſſæ, nec jure, nec ratione fundari; imò crudelem, inhumanam, & iniquam omnino eſſe, teſtatur Simancas. (*e*)

27. Quæ ratificatio confeſsionis fieri debet poſt ſpatium unius diei naturalis vigintiquatuor horarum, & ita communiter in praxi obſervatur: (*f*) 28. & Simancas (*g*) aſſerit, quòd Inquiſitores in tertium diem ſolent differre prædictam ratificationem, & quòd id benignius eſt, quia dolor tormentorum, & vehemens animi perturbatio non durat: 29. nam quando dolor tormentorum duraret, præſumeretur ratificatio facta fuiſſe metu tormentorum. (*h*) Et quibus verbis Judex alloqui debeat reum tortum ad prædictam ratificationem faciendam, paulò inferius dicemus.

30. Porrectò ex parte accuſatoris prædicto libello allegationis, & petitionis torturæ, Judex mandat *ejus copiam reo exhiberi, & quod intra certum terminum eidem reſpondeat*, qui ſuum libellum allegationis producit, forma ſequenti.

LIBELLUS ALLEGATIONIS
ex parte rei.

Iluſtre Señor.

31. ,, Seyo, preſo en la Carcel pública de
,, eſta Ciudad, en la cauſa criminal con Ti-
,, cio, por perſona de mi Procurador, digo:
,, Que viſto por Vmd. el preſente proceſſo,
,, hallarà mis excepciones, y defenſiones bien,
,, y cumplidamente probadas con mucho nu-
,, mero de teſtigos, mayores de toda excep-
,, cion, y en particular pruebo, como ſoy
,, buen Chriſtiano, honrado, quieto, y pa-
,, cifico, y de buena fama, y tal, que no ſe
,, pueda preſumir de mì ſemejante delicto, de
,, que ſoy acuſado: pruebo anſimiſmo, que al
,, tiempo que hirieron al dicho Ticio en la pla-
,, za pública de eſta Ciudad, eſtaba yo en la
,, Vega, y que conforme à la diſtancia del
,, lugar, fuè impoſsible en un miſmo tiempo
,, poderle yo herir. Y tambien pruebo, que
,, el dicho Ticio fuè el agreſſor, y que ſi yo
,, le herì, fuè para mi defenſa, porque ſe prue-
,, ba, que el dicho adverſo ſe fuè para mì con
,, la eſpada deſembaynada. Otroſì pruebo, que
,, el dicho Ticio hizo pacto, y tranſaccion
,, conmigo, y me remitiò todo el derecho,
,, que podia tener contra mì, por razon de
,, la dicha queſtion. Y finalmente pruebo, que
,, conforme à la calidad de la perſona del di-
,, cho adverſo, y à lo que à ſu oficio ganaba,
,, y à la manera con que ſe trataba, que tan
,, ſolamente merece docientos ducados por la
,, manquedad, y gaſtos: y anſi, por mi pro-
,, banza ſe excluye la intencion del dicho ad-
,, verſo, el qual no prueba coſa alguna, que
,, me pueda dañar, y perjudicar, porque los
,, Teſtigos por èl preſentados ſon varios, y
,, ſingulares, deponen de oìdas, y vanas creen-
,, cias, no concluyen, ni dàn razon de ſus di-
,, chos, ſon parientes, criados, y amigos del
,, dicho adverſo, y tales, que ſe preſume, que
,, en eſta cauſa diràn con aficion lo contrario
,, de la verdad, y anſi los tacho, y contra-
,, digo; y en eſpecial no me daña el dicho de
,, Fulano, teſtigo por la parte contraria pre-
,, ſentado, por quanto es mi enemigo capi-
,, tal por tal cauſa, y por tal lo tacho, y con-
,, tradigo. Ni me daña el dicho de Fulano,
,, por ſer hombre infame, frequentador de ta-
,, bernas, y acoſtumbrado à jurar temeraria-
,, mente, y por tal le tacho, y contradigo.
,, Conforme à lo qual conſta, que debo ſer
,, dado por libre de la dicha acuſacion, y de-
,, manda. Y en lo que toca al tormento pedi-
,, do por el dicho adverſo, digo: que no hà
,, lugar de derecho, atento que la calidad de
,, la cauſa no lo requiere, y porque no hay
,, baſtante indicio para ello, que ſuficiente-
,, mente eſtè probado: y caſo no confeſſado
,, que lo huviera, no puedo ſer pueſto à queſ-
,, tion de tormento, por ſer, como ſoy, Hijo-
,, dalgo, de Solar conoſcido, de vengar los
,, quinientos ſueldos, ſegun Fuero de Eſpaña:
,, y ſiendo tal, conforme à derecho no pue-
,, do ſer pueſto à tormento. Por ende à Vmd.
,, pido lo pronuncie anſi, y me mande dàr
,, por libre de todo lo por el dicho adverſo
,, pedido, y en lo neceſſario el oficio de Vmd.
,, imploro, pido juſticia, y coſtas, y juro à
,, Dios, y à eſta ✠ que las tachas de los di-
,, chos teſtigos no las pongo de malicia, ni
,, por injuriarlos, y pido, ſer recebido à prue-
,, ba de ellas.

,, Otroſì, para la determinacion de eſta
,, cauſa, y los demàs Autos de ella, tengo
,, por ſoſpechoſo à Vmd. y à los demàs Juſti-
,, cias Seglares de eſta Ciudad, y à Fulano, y
,, Fulano Letrados, y por tales ſoſpechoſos
,, los recuſo. Y pido, y requiero à Vmd. y à
,, los demàs recuſados, las veces que puedo,
,, y debo, que no ſentencien eſta cauſa, ni
,, Vmd. provea otro Auto alguno ſin acom-
,, pañado, y lo contrario haciendo, proteſto
,, la nulidad de ello, y lo que proteſtar me
,, conviene, y pidolo por teſtimonio, y juro
,, en forma, que eſta recuſacion no hago de
,, malicia.

(*b*) Fin. in leg. *Capite quinto*, ff. *Ad leg. Juliam*, de *Adult.* quam ſequitur Jaſſ. in leg. *Magiſtratibus*, n. 4. ff. de *Juriſdict. omn. jud.* & Ciſuent. cum pluribus ab eo relatis in dict. leg. 79. Taur. verſ. Sed ſi non perſeveraverit.

(*c*) In 3. tom. Variar. cap. 13. n. 8. propè finem, & à Blanc. in leg. ult. ff. de *Quæſt.* n. 208.

(*d*) In Pract. Crim. tit. de Confeſsis per torturam, n. 5.

(*e*) In dict. tit. 65. n. 70.

(*f*) Ex Anton. Gom. in dict. cap. 13. n. 24. per text. in leg. 4. tit. 30. Part. 7.

(*g*) In dict. tit. 65. n. 71.

(*h*) Ut cum Cino, & Bald. reſolvit Ciſuent. in dict. leg. 79. Taur. verſ. Decimoſexto requiritur, & Simanc. in dict. tit. 65. n. 71.

EXPOSITIO SUPRADICTI LIBELLI.

32. Diximus in iſto libello: *Atenta la calidad de la cauſa.* Iſta clauſula appoſita fuit ad notandum, 33. quòd non in qualibet cauſa criminali reus debet torqueri, ſed tantum in attroci, & gravi. (*i*) Et quæ dicantur cauſæ graves, & attroces, explicat Bartolus. (*j*)

35. Diximus: *Hay indicio baſtante para ello, &c.* Iſta clauſula appoſita fuit ad denotandum, 36. quod reus non debet torqueri, niſi præcedentibus legitimis indiciis. (*k*) 37. Et quæ dicantur legitima inditia, & ſufficientia, explicat Boſius: (*l*) & quod hoc relinquatur arbitrio Judicis, firmat Roxas. (*m*)

38. Diximus: *Ni que ſuficientemente eſtè probado, &c.* Iſta clauſula appoſita fuit ad denotandum, quod inditia legitima debent probari: 39. quæ probantur per unum teſtem deponentem de ipſo facto, & delicto per actum viſus: (*n*) 40. quod intellige verum, dummodò ille unicus teſtis ſit omni exceptione major. (*o*)

41. Sed ſi teſtis deponat de circunſtantiis facti, & ſic de inditio remoto, ex quo præſumitur delictum, tunc per duos teſtes conteſtes inditium probari debet: (*p*) qui duo teſtes deponentes de inditio remoto debent eſſe omni exceptione majores, ut eruditè reſolvit Ant. Gomez; (*q*) alias confeſsio facta in tormentis, non præcedentibus legitimis inditiis, & probatis, non præjudicat confitenti, nec ex ea condemnari debet; (*r*) etiam ſi confeſſus perſeveret in illa confeſsione, ſecundum magis communem opinionem, à qua non eſſe recedendum, putat Jul. Clarus, (*ſ*) qui teſtatur, quod ab hac opinione nemo diſcrepat: quæ obtinet, etiamſi poſt illam confeſsionem factam in tormentis, non præcedentibus indiciis, legitima indicia ſuperveniant, adhuc enim illa confeſsio non convalidatur. (*t*)

42. Diximus: *Por ſer, como ſoy, Hijodalgo, &c.* Iſta clauſula apponitur ad denotandum, 43. quòd licet regulariter quilibet poſſit torqueri, qui non reperiatur prohibitus, (*u*) tamen multi excipiuntur, qui non poſſunt torqueri, ut putà, 44. Nobilis. (*x*) 45. Item, impubes non poteſt torqueri. (*y*) 46. Similiter, ſenex conſtitutus in ætate decrepita non poteſt torqueri. (*z*) 47. Pari modo, Miles, & Doctor non poſſunt tor-

(*i*) Juxta text. in leg. *Edictum*, ff. de *Quæſt.* & ibi notant Bartol. & communiter alii ex Ægid. Boiſio in Pract. Crimin. tit. de Indiciis, & conſiderationibus ante torturam, n. 92. Simanc. de Cathol. Inſtitut. tit. 65. n. 62.

(*j*) In leg. *Non ſolum*, §. *Si mandato*, ff. de *Injur.* & Platea in leg. *Si gravius*, Cod. de *Dignit.* lib. 12. Felin. in cap. *Cum illorum*, col. 4. verſ. In eadem, gloſſ. de *Sent. excom.* Boſsius in dict. tit. de Indiciis, n. 93.

(*k*) Ut in leg. 1. in princip. & in leg. fin. ff. de *Quæſt.* & utrobique Bart. & communiter DD. Hyppolit. in leg. *Quæſtionis*, col. ult. ff. de *Quæſt.* & in Pract. Crim. §. Diligenter. Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 65. à n. 13. Menoch. lib. 1. de Arbitr. quæſt. 84. n. 1.

(*l*) In Pract. Crim. tit. de Indiciis, & conſiderationibus ante torturam, & Gomez. in 3. tom. cap. 13. n. 7. & Menoch. lib. 2. de Arbitr. Cent. 3. caſ. 270. à n. 2.

(*m*) In 2. part. de Hæret. n. 291.

(*n*) Secundum gloſſ. in leg. 3. Cod. *Ad leg. Juliam Majeſtat.* verb. *Convictus*, receptam communiter à DD. ibi, & ab Anton. Gom. in dict. cap. 13. n. 7. & 18. & à Boſsio in dict. tit. de Indiciis, n. 8.

(*o*) Ut in leg. 1. verſ. *Idem Cornelio*, ff. de *Quæſt.* & ibi notat Bartol. & alii communiter, idem Bart. & alii in leg. *Maritus*, ff. de *Quæſt.* & probatur in leg. 3. tit. 30. Part. 7. & in leg. 10. tit. 11. Part. 3.

(*p*) Secundum gloſſ. ſingularem in leg. fin. verb. *Vel indiciis*, Cod. *Familiæ Erciſc.* receptam à Bart. Bald. & Salic. & notat Hyppolit. in leg. fin. n. 6. ff. de *Quæſt.* & Jaſſ. in leg. *Admonendi*, ff. de *Jurejur.* in 2. lectura, n. 153. & Boſsius in tit. de Indiciis, n. 5.

(*q*) In dict. n. 18. contra alios DD.

(*r*) Ut probatur in leg. pen. ff. de *Quæſt.* ſecundum lecturam, quam Bartol. & omnes communiter ſequuntur, & omnes Moderni in cap. *Et ſi Clerici* in principio, Extra de *Judic.* quos & alios ſequitur Dec. ibi, n. 3. verſ. Octavo limitatur.

(*ſ*) Lib. 5. Receptarum, §. fin. quæſt. 55. num. 14. in quæſt. 64. n. 9.

(*t*) Ut Dec. & Clar. ubi ſupr. reſolvunt.

(*u*) Ut in leg. 1. junct. communi opinione DD. ff. de *Quæſt.*

(*x*) Ex Rip. in leg. *Centurio*, n. 14. ff. de *Vulg. & pupil.* & probatur de *Jure Regio* in leg. 2. tit. 30. Part. 7. leg. 24. tit. 21. Part. 2. & in leg. 4. & 5. tit. *De los Hijoſ-dalgo*, Novæ Recop. & in leg. 13. tit. 7. lib. 2. Recop. & reſolvit Otalora de Nobilitate in 5. part. cap. fin. n. 4.

(*y*) Ut in leg. 1. §. *Occiſorum*, verſ. *Impuberi*, ff. *Ad S. C. Sillan.* & in leg. *De minore*, ff. de *Quæſt.*

(*z*) Ut in leg. *Si quis in gravi*, ff. *Ad Sillan.*

torqueri,(a) nec etiam Decurio,(b) 48. nec etiam mulier prægnans,(c) nec aliæ plures perſonæ exceptæ à leg. 2. tit. 30. Part. 7. & à Ciſuentes,(d) & à Boſio, (e) qui reſolvit, Clericum poſſe torqueri, juxta text. in cap. 1. de *Depoſit.* 49. Et hanc teſtatur communem opinionem Panormitanus (f) reſolvens, Clericum torqueri non poſſe, niſi infamatus ſit de crimine, & indicia ſimul contra eum ſint, & eorum opinionem dicit communem Simancas; (g) tamen prædictam communem opinionem *in practica* non obſervari, credit Jul. Clarus, ubi ſupr. aſſerens, ſola indicia ſufficere, ut Clericus torqueri poſsit: cujus opinionem ante eum tenuit Alciatus, (h) quem refert, & ſequitur Simancas, (i) cujus opinionem veriorem, & probabiliorem eſſe dicens, & adjiciens Clericos, & Monachos, præſertim Sacerdotes rarius, & mitius eſſe torquendos propter dignitatem Sacerdotii, & periculum excommunicationis, ſi modus quæſtionis excederetur, ad hanc opinionem citans Præpoſitum, (j) & Bern. Diaz, (k) qui omnes reſolvunt, quod quando Clericus torturæ ſubjiciendus fuerit, non à Miniſtro, ſeu Tortore laico torqueri debebit, niſi Clerici inveniri non poſſent, qui id facere ſciant, aut velint, nam tunc à Miniſtris laicis Clericus torqueri poterit.

50. Tamen in crimine hæreſis omnes illi torquendi ſunt, qui in crimine læſæ Majeſtatis humanæ torqueri poſſunt: quia longè gravius eſt Divinam, quàm temporalem lædere Majeſtatem, ac proinde Nobiles, Milites, Decuriones, Doctores, & omnes, qui quantalibet prærogativa præfulgent, in crimine hæreſis, & in crimine læſæ Majeſtatis humanæ torqueri poſſunt. (l) Quo fit, quod minores viginti quinque annis propter ſuſpicionem hæreſis, & læſæ Majeſtatis torqueri poſſunt, minores etiam quatuordecim annis terreri poterunt, & habena, vel ferula cædi. (m) Fit etiam, quod Clerici, Monachi, Sanctimoniales, & cæteri omnes Religioſi torqueri poterunt, propter crimen hæreſis, (n) 51. Et an prædictæ perſonæ privilegiatæ poſsint terreri, jam quod non poſsint torqueri, reſolvit Boſius, (o) & Ant. Gomez. (p)

52. Diximus in fine libelli: *Otrosì, para la determinacion, &c.* Per hanc clauſulam Judex ſuſpectus recuſatur: de qua recuſatione erunt videnda, quæ reſolviſti in 1. part. hujus 1. Tom. in Tempore 10. Et ultra ibi poſita, adverte, quod licet in cauſis civilibus ipſemet Judex recuſatus poſsit aſſumere ſecum ſocium probum, & candidum, ut ibi diximus; 53. tamen in cauſis criminalibus de *Jure Regio*, in foro ſæculari Judex recuſatus non aſſumit ſecum ſocium, ſed nominantur per Conſiſtorium loci duo Decuriones, cum quibus Judex recuſatus aſſociandus eſt, & prædicti Decuriones debent ſecum habere Aſſeſſorem Litterarum, & omnes ſimul debent procedere in cauſa criminali, uſque ad ſententiam incluſivè: 54. & ſi Judex recuſatus non ſe componat cum Aſſeſſore Decurionum, Decuriones debent requirere Judicem, ut ſe concordet: qui, ſi noluerit, tunc debent cum ſuo Aſſeſſore proferre ſententiam, & adeundus erit Superior.

55. Nec votum duorum Decurionum prævalebit voto unius Judicis recuſati: nam votum duorum reputatur pro uno, & votum Judicis pro alio; 56. ſi verò cum voto Judicis recuſati concordaret votum unius Decurionis, tunc prævalebit ſententia Judicis, cum jam ſit major pars: ita colliges ex leg. 1. tit. 16. lib. 4. Recop. (q) Quæ forma, & praxis verſatur in loco, ubi ſunt Decuriones, id eſt, *donde hay Regimiento.* 57. At vero in loco ubi non eſt Con-

(a) Ut in leg. *Milites*, Cod. de *Quæſt.*
(b) Ut in leg. *D. Marco*, & in leg. *Decuriones*, ff. de *Quæſt.* & tradit Bern. Diaz in Pract. Crim. cap. 117. Petr. Dueñas in reg. 190. limit. 3. & Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 64. n. 24.
(c) Ut in leg. *Prægnantis*, ff. de *Pœnis.*
(d) In leg. 79. Tauri.
(e) In dict. tit. de Indiciis, n. 102. cum ſeqq.
(f) In cap. *Cum in contemplatione*, Extra de *Reg. jur.* in lib. Decretal.
(g) De Inſtit. Cathol. tit. 65. n. 47. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. col. 106. verb. *Non debet.*
(h) In cap. 1. de *Offic. Ordin.* n. 43.
(i) In dict. tit. 65. n. 48.
(j) In cap. *Illi qui.* 5. quæſt. 5. Sylveſtr. in Summa, verb. *Inquiſitio* 2. §. 9.
(k) In dict. cap. 117.
(l) Juxt. text. in leg. 3. & 4. Cod. *Ad leg. Juliam Majeſt.* & in leg. *Decuriones*, Cod. de *Quæſt.* & in leg. de *Minore*, ff. de *Quæſt.* & in leg. *Proditores*, ff. de *Re milit.* & in Auth. *Gazaros*, Cod. de *Hæret.* & in cap. *Vergentis*, de *Hæret.* Hyppolit. in leg. *Edictum*, ff. de *Quæſt.* Covar. lib. 2. Variar. cap. 9. Grillan. in Tractat. de Quæſtion. & Tortura, quæſt. 6. Greg. Lup. in dict. leg. 2. tit. 30. Part. 7. verb. *Caballero.* Boſsius in Pract. Crim. tit. de Indic. n. 121. & in tit. de Tortura reorum, n. 20. Anton. Gom. in dict. cap. 13. n. 4.
(m) Ut in leg. 1. §. *Impuberi*, & in leg. *Excipiuntur*, ff. *Ad Sillan.* & in leg. *De minore*, & ibi Hyppol. ff. de *Quæſt.* gloſſ. in leg. 3. §. *Idem D.* ff. de *Teſt.* Grilland. in Tract. de Quæſt.
(n) Juxta text. in cap. 1. de *Depoſit.* & in cap. *Ad abolendam*, §. ult. de *Hæret.* & reſolvit Simanc. in dict. tit. 65. n. 44. cum duobus ſeqq.
(o) In dict. n. 121. & in dict. tit. de Tortura reorum, num. 20.
(p) In dict. cap. 13. n. 4.
(q) Et explicat Avend. in cap. *Prætorum* in 2. part. cap. 23. n. 12. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. col. 966.

Conſiſtorium, tunc Judex recuſatus, etiam in cauſa criminali aſſumit ſecum *quatuor viros providos*, qui inter ſe ſortiri debent, qui duo eorum procedere debeant cum Judice recuſato, ut expreſsè probat text. in leg. 1. tit. 16. lib. 4. Recop.

58. Porrectis prædictis libellis allegationis ab utraque parte, Judex animadvertere debet, an repulſæ oppoſitæ contra perſonas, & dicta teſtium legitimè ſint, necne: & ſi invenerit legitimas eſſe, *recipiet partes ad probationem* ſuper eiſdem, eodem pacto, quo diximus in prima parte, hujus primi Tomi, in 9. Tempore. Inſpicere etiam diligenter debebit Judex, an ad torturam perveniri poſsit, & debeat: 59. circa quem articulum obſervare debebit plura, quæ requiruntur, ad hoc ut ad torturam perveniri poſsit, quæ congerit Hyppolitus, (r) Ciſuentes, (ſ) & Simancas. (t)

60. Animadvertere enim Judices ſemper debent, ut *ante oculos Deum habentes*, neminem prius torqueant, quam id fieri jura permittant, nec leviter moveri debeant ad homines torquendos; alioquin, ſi *per imperitiam*, non ſervatis ad unguem omnibus requiſitis, extra caſum à jure expreſſum torſerint hominem, tenentur pro modo damni, & culpæ reo ſatisfacere, 61. nedum *in foro exteriori*, verùm etiam *in foro conſcientiæ*; 62. ſi verò *dolo malo* torſerint hominem propter inimicitias, aut donum, vel pretium, juris ordine prætermiſſo, arbitrio Judicis ſeverius puniri debent. (u)

63. Et de *Jure Regio* Judex, qui dolo malo propter inimicitiam, donum, aut pretium torſerit aliquem, & ex tortura moriatur, vel membrum amittat, Judex ſimilem pœnam patietur, vel majorem, attenta qualitate perſonæ Judicis, & torti, ut probatur in leg. 4. tit. 30. Part. 7. ſi verò ex tortura, nec vitam, nec membrum tortus amiſſerit, tunc *pœna arbitraria* erit puniendus Judex, ut reſolvit Gregor. Lupus; (x) ſed ſi Judices licitè torſerint aliquem, excedendo tamen modum torturæ, erunt puniendi pœna, de qua per Gregor. Lupum: (y) 65. nam Judex adhibere debet torturam, attenta qualitate perſonæ delinquentis, ipſius delicti, indiciorum, & temporis; ita quod veriſimiliter reus tortus remaneat ſalvus, illæſus, & non amittat vitam, vel aliquod membrum. (z)

66. Et ſi Judex ex actis proceſſus invenerit ad torturam perveniri poſſe, tunc cavere debet, ne novas, & inuſitatas ſpecies, & exquiſitas tormentorum imponat, ſed illa, quæ magis in uſu verſantur: nam licet varia ſint genera tormentorum, quæ congerit Hyppolitus, (a) & aliqua connumerat lex 1. tit. 30. Part. 7. Judices tamen uti debent magis communiter uſitatis, non verò novis, & exquiſitis: 67. quia illa tantum ſunt imponenda propter crimen læſæ Majeſtatis, homicidium, parricidium, & alia attrocia crimina, in quibus *acerrime* fieri debet indagatio. (b)

